BOTANISCHES INSTITUT
der Universität Wien
Bibliothek
J.-Nr. 1421
Sign. 237b18

BOTANISCHES MUSEUM
der k. k. Universität.
J. N° 1421
B
33/33

SPICILEGIUM BOTANICUM,

continens stirpes, nuperrime in Lithuania detectas, et observationes criticas ad cl. Hagenii Chloridem Prussicam,

auctore Fr. L. List,

Gymnasii regii Tilsensis ordinum superiorum praeceptore.

Addita sunt pauca de rebus

Gymnasii Tilsensis

auctore G. H. V. Coerber, Directore.

Fine anni MDCCCXXVIII.

TILSAE,

Typis Henrici Postil.

K. K. UNIVERSITÄT WIEN * BOTANISCHES INSTITUT

Satis constat, cl. Hagenium, cum illum libellum, qui Chloris Prussica inscribitur, edidisset, non tantam laudem tulisse, quanta plerumque sequitur scriptores in aliquo literarum genere excellentes. Nihilominus, maxime adhortatu eorum, quorum auctoritas in hac re plurimum apud me valet, usus sum ejusdem libelli subsidiis in lectionibus, quae in Gymnasio nostro per aestivum tempus de re herbaria haberi solent. Ad hunc quidem finem primum illud opusculum mihi aptissimum visum est, quod nonnisi stirpes indigenae in eo describuntur; deinde arrisit nomen ipsius auctoris, qui cognitioni plantarum patriae a juventute usque ad extremam senectutem studiosissime operam dedit. Nec forma denique impedit, quotiescunque in campos excurrere libuerit, libellum huncce facile teoum asportare. Itaque per aliquot aestates in instituenda juventute Chloride Prussica usus, ingenue profiteor, me nunquam poenituisse ducis ac magistri. Raro enim in investigandis et examinandis herbis me ope et praesidiis ita destitutum vidi, ut aliorum libros, quorum magna est apud nos penuria, adeundi necessitas esset. Discipulos autem, qui, amabilis disciplinae dulcedine allecti,

diligentiam atque industriam posuerunt in his studiis, ita institui, ut, vocabulis technicis cognitis, extrema aestate nullo negotio plantas oblatas Chloridis auxilio eruere callerent. Neque tamen dico, Chloridem Prussicam esse opus omnibus numeris absolutum ac perfectum. Magna enim vis stirpium in nostris regionibus, quae abundant plantis cujusque generis, jam detectarum, addenda est ceterarum gregi. Deinde multa vitia, quae irrepsere, corrigenda et emendanda videntur, ut tandem Flora Prussica solida ac perfecta exsurgat, cujus fundamenta auctor ille atque artis herbariae princeps dudum jecit.

Gratus igitur animus nos impellit, ut paucula ex iis, quae collegimus et annotavimus Seni venerabili, novam editionem curaturo, pie offeramus.

I

Stirpes, quae Chloridi Prussicae inserendae sunt.

Festuca gracilis. Frequentisime provenit locis nemorosis ac sylvaticis ad Moulienen et Gruenheyde, praedia inter Tilsam et Insterburgum sita~~s~~, nec non in sylva Schorellensi.

Poa distans. Prope Tilsam ad margines viarum et in plateis urbis sparsim crescit. A mense Junio ad auctumnum culmos floriferos emittit.

Poa serotina, gramen nostris regionibus vulgare et P. nemorali simillimum. Discrepat ab hac specie tantummodo ligula longiore atque panicula ampliore. Occurrit praesertim in agris requietis, pratis humidiusculis et circa fossas.

Potamogeton rufescens. Semel a me lecta est in rivulo lente fluente prope Tilsam (auf. d. Heide.)

Cuscuta monogyna. Habitat hic incola mitioris coeli frequenter in salicetis ad Memelae ripas, ubi Urticam dioicam, Salices et alias, quascunque amplectitur, stirpes obducit.

Cucubalus tartaricus. Occurrit haec planta copiosissime locis graminosis, in solo arenoso, non solum apud Tilsam, sed et alibi; ad pagos Plauschwarren, Krakenischken, Kaukehnen et Lasdehnen (ad ripas fluminis Szeschuppe.)

Cucubalus chloranthus. In collibus aridis prope Loetzen admodum frequenter crescit.

Scutellaria hastata. In pratis humidiusculis et ad fossas, in solo turfoso, prope Tilsam ad villas Kampen et Milchbude.

Galeopsis Walteriana. Planta apud nos vulgaris. Nascitur in agris ruderatis, ad saepes, circa margines agrorum et ad fossas viarum. Differt a G. Tetrahit, cui affinis est, caule hirto-pubescente, foliis subcordatis, corollis duplo triplove majoribus, intense purpureis.

Malva pusilla. Mirum est, quod haec vulgaris planta tam diu latuit. Fere ubique in societate M. rotundifoliae, cui toto habitu simillima est, apud nos conspicitur. Discedit ab illa specie, caule, petiolis pedunculisque dense hirtis; laciniis calycis interioris undulato-denticulatis, ciliatis; corollis minoribus, calycem vix excedentibus; achaeneis glabris, reticulatis, ad marginem limbo praecinctis.

Malva moschata. A M. Alcea haec rara species facile dignoscitur tam hirsutia omnium partium, quam florum colore atque odore. M. moschata plerumque floribus albis, rarius roseis ornata est, qui loco natali acerrime muscum olent, stirpe autem in hortum translata, flores inodori evadunt. Reperi hanc plantam cum adspectu, tum odore, gratam locis graminosis, in aggeribus fossarum, solo arenoso turfoso, procul a quovis humano cultu et in regione desertissima prope Tilsam ad cauponam, quam Waldkrug vocant. Itaque haud ambigo, quin M. moschatam herbis indigenis adjungam.

Hypericum hirsutum. Locis nemorosis, in solo argillaceo ad Moulienen haud raro occurrit.

Carex pilosa. Locis umbrosis ac sylvaticis, solum argillaceum amans, gregatim et frequentissime crescit prope praedia Kindschen, Moulienen, Gruenheyde. Semel legi specimen, quod excluserat

spicam androgynam, superne masculam, inferne foemineam, spicis foemineis omnino deficientibus.

Gnaphalium luteo-fuscum. Ad Memelae ripas, locis graminosis, in solo arenoso et limoso crescens intrat salicta.

II

Observationes criticae.

a, Diagnoses, tam generum, quam specierum, in nonnullis stirpibus emendandae sunt.

Lonicerarum genus suo jure petit corollam monopetalam; Iuncorum genus, capsulam trilocularem, trivalvem, polyspermam; et Lychnidum grex, capsulam 1 — 5 locularem.

Cyperus flavescens gaudet culmo trigono, spiculis oblongo-ovatis, involucro triphyllo, umbella duplo triplove longiore;

Digitaria humifusa flosculis ovatis, margine nudis;

Stellaria graminea petalis calycem aut aequantibus aut parum superantibus.

Cerastium arvense, planta apud nos vulgaris, foliis lanceolatis plus minusve pubescentibus vestitum est.

Anemone sylvestris, quam nonnisi in hortis cultam vidi, semper caule unifloro instructa est, floresque edit mensibus Majo et Junio iterumque persaepe auctumno.

Epipactis rubra germen pubescens, non glabrum, exhibet. Veronica spicata persaepe occurrit cum spicis pluribus. Non modo soli natura, sed etiam ipsa tempestas in hanc stirpem magnam vim habere videtur. Aestate praeterlapsa, quae pluvia tempestate insignis fuit, vel in solo arenoso multa collegi specimina, quae 6 — 12 spicas gerebant, ramis spicigeris a basi emissis.

Trichodium caninum occurrit omnibus partibus purpurascens, aut luteo - virescens.

Potamogeton lucens b) cornuta, quae extremo caule foliis vestita est, quibus substantia membranacea aut ex parte, aut omnino deest, in lacu Tilsensi haud raro reperitur.

Scabiosam arvensem saepissime corollulis quadrifidis aequalibus, staminibus vix faucem excedentibus cauleque pubescente vel pubescenti - villoso apud Tilsam legi.

Silene nutans in monte, quem Rombinus vocant simul locis apertis, simul sylvaticis offenditur omnibus partibus glaberrima, nec in hortum translata, hanc indolem mutat, quanquam frequentissime specimina exstant, quae mediam indolem tenent. Eandem naturam Astragalus arenarius, planta prope Tilsam haud raro obvia, induere videtur; nam uno eodemque loco in arena mobili aut plane pilosus, aut omnibus partibus, ne legu-

minibus quidem exceptis, glaber conspicitur. Pili in utraque stirpe, sicut in aliis herbis plane fortuiti esse videntur. Aliter forsan res se habet cum Carice hirta b) aquatica, quam nonnisi in nemoribus humidiusculis pilis destitutam offendi. Multo autem majorem vim locus natalis in Lotum corniculatum exercet. Locis enim aridis atque apertis gaudet caule prostrato, angulato, atque pubescente; locis humidis, praesertim turfosis, emittit caules laxos, teretes, fistulosos glaberrimosque.

In Lamio purpureo haud raro observavi folia floralia lobata, lobis duplicato - serratis. Vix dubito, quin ea forma L. purpureum b) lobatum Persoonii sit.

b, Deinde temporis spatium, per quod stirpes vigent, saepius parum accurate constitutum est.

1, Plantae annuae, non perennes sunt: Montia fontana, Alchemilla Aphanes, Cuscuta Europaea. Anagallis phoenicea, Spergula pentandra, Juncus capitatus, Rumex maritimus, Gypsophila murorum, Ranunculus arvensis, Cakile maritima, Alyssum sativum, Panicum glaucum;

2, perennes non annuae: Callitriche intermedia, nec minus puto ceterae species, quas observare non licuit; Herniaria glabra, Dianthus Armeria, Arenaria trinervia, Sedum Telephium, Chelidonium majus, Digitalis ambigua, Leontodon Taraxacum;

3, annuae, non biennes: Caucalis Anthriscus, Iberis nudicaulis, Sisymbrium arenosum

4, biennes, non annuae: Medicago lupulina, Centaurea paniculata;

5, biennes, non perennes: Cynoglossum officinale, Chaerophyllum temulum, Pastinaca sativa, Brassica Rapa, Chondrilla juncea, Onopordon Acanthium.

Serratula autem arvensis verius adscribitur perennibus, quam plantis biennibus.

c, Tempus denique, quo stirpes nostris regionibus flores ostendunt, certius indicandum est.

Poa annua, Alsine media, Lamium purpureum, Thlaspi Bursa pastoris, Bellis perennis, Leontodon Taraxacum, Senecio vulgaris flores edunt per totum annum

Aprili et Majo.

Carex digitata, Luzula pilosa, Adoxa Moschatellina, Viola canina - usque ad Junium.

Majo et Junio.

Orobus vernus, Primula veris, Salix fragilis, Scheuchzeria palustris, Myosotis palustris - ad auctumnum, Asperugo procumbens, Herniaria glabra - ad auctumnum, Lonicera Xylosteum, Convallariae species, Paris quadrifolia, Ledum palustre, Andromeda polifolia, Arbutus Uva ursi, Calla palustris

Scleranthus annuus, } usque
— perennis, } usque
Cucubalus Behen, } ad auctumnum.
Lychnis dioica, } ad auctumnum.
Tormentilla erecta, } ad auctumnum.

Pulsatilla pratensis, Caltha palustris, Ajuga genevensis, Lamium maculatum, Rhinanthus Crista galli, Cardamine amara, Erysimum cheiranthoides - ad auctumnum, Trifolium montanum - ad Augustum, Carex Chordorrhiza, Carex panicea, Carex ampullacea, Carex paniculata.

Junio et Julio:

Secale cereale, Primula farinosa, Vaccinium uliginosum, Spiraea Filipendula, Lathyrus palustris, Cineraria palustris, Carex ovalis, Juncus filiformis, Aegopodium Podagraria, Linum catharticum, Stellaria palustris, - usque ad auctum. Galeopsis Tetrahit usque ad auctumnum. Lepidium ruderale, Cnicus Erisithales, Erigeron acre, Achillea Millefolium - usque ad hyem. Orchis bifolia, Orchis militaris, Sambucus nigra,

Julio et Aug:

Orchis viridis, Epipactis palustris, Scabiosa sylvatica, Asclepias Vincetoxicum, Pyrola umbellata, Cakile maritima, Trifoli-

um rubens, Sonchus oleraceus, usq. ad hyem. Serratulae, Cardui et Cnici species, Senecio sylvatica.

Nachrichten,

das Gymnasium betreffend.

Der Lehrcursus des verflossenen Schuljahres begann Montags den 22sten October 1827 und wurde am 4ten October 1828 Nachmittags mit der Versetzung und mit Austheilung der vierteljährlichen Censurzeugnisse für die beiden obern Klassen und der monatlichen für die vier untern Klassen geschlossen, nachdem an dem vorhergehenden Tage, am 3ten October Vor- und Nachmittag und am 4ten October Vormittag die öffentliche Schulprüfung gehalten worden war. Im Lehrercollegio ist keine Veränderung vorgegangen. Sehr zu beklagen ist die langwierige Krankheit des Gesanglehrers beim Gymnasio, Cantor Herford, welcher im Laufe des ganzen Schuljahres keine einzige Singstunde halten konnte. Möge dem wackern Manne im neuen Jahre Erleichterung seiner hartnäckigen Leiden zu Theil werden! Die Bereitwilligkeit, mit welcher unser Hülfslehrer und Pauperinspector Gisevius den Gesangunterricht noch außer seinen pflichtmäßigen Lehrstunden übernommen hat, verdient öffentliche Anerkennung. — Für den mathematischen Unterricht in der dritten und vierten Klasse, welche im verflossenen Jahre sehr zahlreich waren, war es recht nützlich, das jede dieser Klassen in zwei Abtheilungen abgesondert und eine Abtheilung aus jeder der beiden Klassen dem Schulamtscandidaten, Heinrich Dörck, einem ehemaligen Zögling unserer Anstalt, welcher bei derselben seinen Lehrcursus gemacht hat, übergeben werden konnte. Wir hoffen, denselben auch im neuen Schuljahre noch mehr für die Zwecke der Schule benutzen zu können, und haben bereits bei der Hohen Behörde auf interimistische Anstellung desselben angetragen. Höchst erfreulich ist es, daß

nun der Wiederaufbau des im Jahre 1824 abgebrannten Gymnasium-Gebäudes höhern Orts für das nächste Jahr bestimmt und die erforderlichen Fonds durch die Gnade Sr. Majestät ausdrücklich angewiesen sind. Die nöthigen Vorbereitungen sind zum Theil schon getroffen und werden noch im Laufe des Winters fortgesetzt werden, damit der Bau mit dem ersten Frühjahre rasch und kräftig begonnen und bis zum Herbste gänzlich vollendet werden könne.

Namensverzeichniß der von dem Gymnasio in den Jahren 1827 und 1828 zur Universität entlassenen Jünglinge:

Ostern 1827:

1) Gilbert v. Roberts, mit dem Zeugniß Nro, Zwei.
2) Gustav Sperling, — — — — —
3) Julius Meyer, — — — — —
4) Albert Fellechner, — — — — —

Michaeli 1827:

1) Samuel Ludwig Porsch, mit dem Zeugniß Nro. Zwei.
2) Adolph Morgen, — — — — —
3) Eduard Pauly, — — — — —
4) Gustav Lauglies, — — — — —
5) August Buchholtz, — — — — —
6) Ewald Gerhardt, — — — — —
7) Alfred Ruppel, — — — — —
8) Herrmann Rottleb, — — — — —
9) Julius Mex, — — — — —

Michaeli 1828:

1) Julius Gottlieb Richter, mit dem Zeugniß Nro. Zwei.
2) Adolph Alexander Rückward, — — — — —
3) Ernst Herrmann Böhmer, — — — — —
4) Wilhelm Ewald Radke, — — — — —
5) Louis Ewald Kahlau v. d. Hofe, — — — — —
6) Heinrich Albert Schenck, — — — — —
7) Franz Eugen Dressler, — — — — —
8) Wilhelm Albert Behr, — — — — —
9) Friedrich Julius Morgen, — — — — —
10) Rudolph Carl v. Schön, — — — — —

11) Theodor v. Heyking, — — — — —
12) Johann Martin Collin, — — — — —
13) Friedrich Adolph Werner, — — — — —
14) Franz Eugen Sperber, — — — — —
15) Louis Neumann, — — — — —
16) Gustav Ehrhard, — — — — —
17) Johann Ludwig Johannesson, — — — — —
18) Adolph Reiner — — — Nro. Drei.

Zur Belebung des Privatfleißes der Schüler in den vier untern Klassen und um dieselben an eine regelmäßige Thätigkeit zu gewöhnen, habe ich beschlossen, nach Beendigung der Schule Nachmittags im Locale des Gymnasiums selbst unter meiner eigenen Oberaufsicht, regelmäßige Arbeitsstunden von 5 bis 8 Uhr an jedem der sechs Wochentage anzuordnen und einem oder mehrern der Gymnasiallehrer gegen eine angemessene Entschädigung die Spezialaufsicht dabei anzuvertrauen. Der Zweck dieser Stunden ist keinesweges ein besonderer Privatunterricht, welcher etwa den Schülern ertheilt werden soll, sondern vielmehr einzig und allein, daß die Schüler unter einer verständigen Leitung selbstthätig sich nützlich beschäftigen, ihre Schularbeiten anfertigen, sich auf die Lectionen vorbereiten und das in der Schule Vorgetragene für sich wiederholen sollen. Auch dürften für mehrere Knaben besonders für Quartaner und Tertianer diese drei Stunden täglich nicht ausreichen, um allen Forderungen der Schule zu entsprechen. Daher wird es nützlich sein, wenn Eltern und Angehörige ihre Kinder anhalten wollen, Morgens recht früh aufzustehen, um wenigstens noch eine Stunde zu Hause für sich auf die Schularbeiten verwenden zu können. Recht fleißige Knaben werden auch gern, wenn sie nicht fertig werden, noch eine Abendstunde von 9 — 10 zum eignen Studio anwenden. — Obige drei tägliche Studierstunden sollen vom 1sten Januar 1829 ab im Gymnasio gehalten werden. Zur Entschädigung für die Special-Aufsicht wird vierteljährlich von jedem Knaben 1 rts. pränumerando gezahlt. Wer daher sein Kind daran Antheil nehmen lassen will, beliebe sich bei mir deshalb zu melden.

Uebersicht

der statistischen Verhältnisse des Königlichen Gymnasiums zu Tilsit im Schuljahre Michaeli 1827 bis Michaeli 1828.

Lehrer.	Allgemeiner Lehrplan: Fächer.	Klass. u. Stund. I.	II	III	IV	V.	VI	Summa.
1) Director Cörber	Latein.	9	9	10	6	6	6	46
2) Oberlehrer List	Griechisch.	8	8	6	6			28
3) Oberlehrer Lentz	Hebräisch.	2	2					4
4) Oberlehrer Heydenreich	Deutsch.	2	3	4	4	6	6	25
5) Vierter Lehr. Schneider	Französisch	2	2					4
6) Fünfter = Rec. Glöckner	Religion	2	2	2	2	2	2	12
7) Sechster = D. König	Mathem. u. Rechnen	4	4	4	6	6	6	30
8) Hülfslehrer u. Pauper-inspector Giesevius	Naturwissenschaften	2	2	2	2	2	2	12
9) Hülfslehrer Rendant Pauly	Philosoph.	1						1
10) Zeichenlehrer Kessler	Geschichte.	4	3	3	2	2		14
11) Gesanglehrer Cantor Herford	Geograph.		1	1	2	1	3	8
	Zeichnen.		2	2	2	3	3	12
12) Interimist. Hülfslehrer Dörck	Schreiben.			2	2	4	4	12
	Singen.	2		2		2		6
	Summa	37	39	37	35	33	33	214

Verhältnisse der Schüler: Schüler in	waren	wurden aufgenommen.	wurden entlassen	sind jetzt	Abiturienten: sind entlassen		studieren.		was	
I	31	17	18	30	mit N. II.	17	in Königsb.	16	Theologie	6
II	40	17	17	40	— — III.	1	= Berlin	1	Jura	6
III	52	31	25	58			= Moskau	1	Medizin	1
IV	51	28	38	41					Camerale	3
V	52	35	24	63					Mathem.	1
VI	42	20	32	30					Diplom	1
S.	268	148	154	262	Summa	18		18		18

UB Wien
+AM50565460X